

**Dissertatio medica, inauguralis, de morbis cutaneis ... / eruditorum examini
subjicit Joannes Astbury.**

Contributors

Astbury, John.
Lister, Dr
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi : Apud Balfour et Smellie, 1781.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/w3yet23y>

Provider

Royal College of Surgeons


License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>




DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

MORBIS CUTANEIS.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

OF THE

PHYSICAL SCIENCES

AND

THE

DEPARTMENT OF

PHYSICS

OF THE

UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

OF THE

PHYSICAL SCIENCES

AND

THE

DEPARTMENT OF

PHYSICS

OF THE

UNIVERSITY OF CHICAGO

DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS,
DE
MORBIS CUTANEIS.

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ decreto;
PRO GRADU DOCTORATUS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
Eruditorum examini subjicit


JOANNES ASTBURY,
ANGLUS,

Soc. Reg. Med. Edin. Sod.

Ad diem 25. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXI.



287c

DISSERTATION
IN A U G U R A T I S
GUILIELMO ROBINSON, A.M.
MORBIS CUTANEIS

IN ACADEMIA MEDICA
D. GUILIELMI ROBINSON, S.A.M.
ACADEMIAE MEDICAE
PRO GRADU DOCTORATUS
EXAMINIS IN MEDICINA HONORARI ET PRIVILEGIIS
FUNDATIONIS EXAMINIS PUBLICI

JOANNES ASTBURY

ANGELUS

Doc. Reg. Med. Wm. 1864

Ad Class. 22. Jan. 1864

EDINBURGH
JOHN LEITCH, JUNIOR
Academiae Typographus
M.DCCC.LXIV.

Reverendo Viro,

GULIELMO ROBINSON, A. M.

DE LITCHFIELD,

IN COMITATU STAFFORDIÆ,

Ob proprias virtutes,

Ingenii solertiam,

Morum elegantiam,

Insigni ;

Hæc studiorum primitias

Sacras esse voluit]

JOANNES ASTBURY.

Mr Lister

from his friend

J. Astbury

DE MORBIS CUTANEIS. 8
DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

MORBIS CUTANEIS.

DE re medica scripturo, nullum thema neque dignius neque utilius, quam de quibusdam cutis morbis, differere visum est; nam de omnibus tractare nec vires nec otium sufficiunt. Hujus igitur academiae legibus morem gerens, pauca de lepra, herpete, et psora, in medium proferam.

Prius

Prius tamen, quam ad hos morbos tractandos aggrediar, haud inutile erit de acrimonia quaedam praefari. Opinio inter medicos diu obtinuerat, omnes cutis morbos ex acrimonia quadam in sanguine existente oriri; et hanc acrimoniam e sanguine ad partem affectam devehī. Rem tamen in multis casibus longe aliter sese habere manifestum est; plurimae enim materiae species, simul ac in ventriculum accipiuntur, efflorescentias in cutem pariunt, quae, quum primum ex ventriculo ejiciuntur, illico evanescunt. Pisces varii, salmo, halec, musculus, et alia, scilicet, amygdalae *, farina avenacea †, oculi cancerorum, in quibusdam hominibus hunc effectum edunt. Clarissimus Van Swieten casum, quem ipsi vidisse contigit, his verbis narrat: ‘ Praeterea, docet observatio, quandoque illud, quod pruritus
et

* Vid. Clariss. Gregor. Praelect. Clin.

† Vid Dr Withering on Scarlatina Anginosa,

' et exanthemata facit, haerere in ventricu-
 ' lo, et circa praecordia ; atque, hoc excuf-
 ' fo, statim ista evanescere. Dum mala for-
 ' tuna venenatum mytulum quis devora-
 ' vit, summa sequitur, nunc serius nunc
 ' citius, anxietas ; et paulo post, cum pru-
 ' ritu summo, tota fere corporis cutis ex-
 ' anthematibus obsidetur ; dato vitriolo
 ' albo, vel simili alio emetico, quod illico
 ' vomitum facit, dum deglutitum est, si
 ' excutiantur contenta ventriculo, evanes-
 ' cunt brevi, una cum anxietate, hae efflo-
 ' rescentiae. Neque credibile videtur, ve-
 ' nenatam illam acrimoniam, sanguine mis-
 ' tam, ad cutim delatam fuisse, cum post
 ' vomitum illico cessent omnia mala. No-
 ' vi hominem, cui illico eadem symptoma-
 ' ta contingunt, si lapides cancrorum sump-
 ' ferit ; cessantia pariter, dum vomitu hos
 ' rejecerit.'

Hae eruptiones e mutata sanguinis di-
 stributione, ejusque in vasis cutis impetu

B

adaucto,

adaucto, pendere videntur. Huic opinioni favet eruptio guttae roseae in temperamentis sanguineis et ad haemorrhagias maxime proclivibus. Nec raro observamus utrumque sexum acmes tempore, id est, circa illam aetatem qua maxime plethora laborant, eruptionibus cutaneis obnoxium esse, quae tamen post paucos annos sponte decedunt *. Multae observationes docent, fluida acria organis ipsis secretoriis, vasisque, per quae transeunt, gigni, dum alia corporis fluida bene se habeant: Docent coryza et gonorrhoea, et saliva foetida in variolis, vel cum mercurius aut quivis alius stimulus glandulis admoveatur. Denique, omnes fere secretiones, aucto molimine, diu pergentes, acrem speciem induunt, et partes vicinas deglubunt. Docet praeterea puris formatio, quod acrem aut blandam speciem prae se fert, prout vasa se habent. Hinc clare patet, plurimos cutis morbos vel e sanguinis cursu

* Vid. Dimisdale, Dissertatio Inauguralis.

curfu mutato, aut fecretionē vaforum cutis depravata, deducendos effe. Acrimoniā in fanguine nonnunquam locum habere, et cutis morbos gignere, non inficiar. Hoc enim in fyphilitide, in exanthematibus contagiofis, abforptionis ope totum fyftema vitiantibus, clare perfpicueque patefcit.

Morbus, fub nomine leprae et elephantiafis, qui apud Egyptios, Graecos, et Arabos, graffatus eft, idem morbus (ut opinor) eft habendus.

In naturis morborum indagandis femper eft animadvertendum, corpus humanum, et morbos fuos, mirum in modum a regione, in qua degatur, affici; morborum enim duratio et fpecies ex calore, frigore, fitu, et etiam incolarum moribus, variant. His confideratis, ratio nobis patebit, quare in quibusdam regionibus hic morbus non ulterius primo ftadio progrediatur, dum in a-

liis omnia percurrit ; verum enim est, si nihil illi obstiterit, eundem morbum incipientem leprae, progredientem autem elephantiasis, speciem prae se laturum. Sic dicit Prosper Alpinus : ‘ Impetigo quaedam, quae ut plurimum alas, pectus, inguina, faciem, imo aliquando totum corpus, occupat, idque scabrum et deforme reddit ; si neglecta sit, praesertim in subjectis melancholicis, in lepram Arabum, vel, quod multo pejus est, in ipsissimam elephantiasin transit *.’

HISTORIA MORBI.

Incipiens malum nullam habet insignem jacturam. Plerumque in faciem, nonnullis autem in brachia, aut crura, maculae, modo subalbidae, modo subflavae, modo subnigrae, erumpunt. Cutis inaequaliter
crassa,

* Vid. Prosper Alpin de Medicina Aegyptiorum, cap. 17.

crassa, squamosa, dura, furfurosisque tuberculis foeda, et fere ita sensu caret, ut acus puncturam aeger vix sentiat *, (licet proximae partes pruriant.) In hoc statu, morbus nonnunquam per tres quatuorve annos durat, salva adhuc sanitate. Tunc, progrediente morbo, pili pubis et barbae rarefcunt; cutis capitis altis et frequentibus rimis scissa apparet; spiritus difficulter trahitur et male olet. Crassescunt malae, mentum dilatatur, amboque ruborem exhibent, non floridum quidem illum, sed turpiter lividum.

Urina, qualis jumentorum, crassa et turbida est. Nunc vexatur aeger insomniis melancholicis, familiaribus; et quidam etiam sese praefocari inter dormiendum rati, cum impetu expergiscuntur et lecto exiliunt. Plerique venerem maxime appetunt. Impetigines summos digitos et genua infestant;

* Joannes, London Medical Observations, vol. 1.
et Prosper Alpinus.

tant ; oculi caligant ; vox raucescit, et fae-
pissime ulcus in faucibus conspicitur. Su-
percilia deorsum prominent ; facies livescit ;
frons contrahitur, nares cum atris tumo-
ribus salebrosoe et extentae sunt. Labio-
rum prominentia crassa est ; aures, admista
nigritia, rubent, et consueto majores esse
videntur. Totum denique corpus rugis
asperis fulcatur, et foede emacrescit ; surae
et pedes intumescunt, hique ut plurimum
frigidi torpidique sunt. Pulsus parvus et
occultus est ; nunc varicosae venae in tibiis
et in linguae radice cernuntur. Morbo
inveterascente, eroditur narium media car-
tilago ; tandem aliquibus partibus corrup-
ta decidit ; labra etiam inverfa sunt ; oculi
angulum interiorem versus rotundiores, et
quod in iis album esse solet, flavescit, cras-
sumque fit, quasi ungue obtectum. Si plus
augescit malum, tumores in malis, mento,
digitis, genibusque, ulcerosi fiunt, aliis su-
per alia ulceribus nascentibus ; tandem na-
fus,

fus, digiti, manus, genitalia decidunt, et mors sequitur.

DIAGNOSIS.

A lue venerea dignoscitur cutis specie, magnis squamis foeda desquamandis, vicinarum partium pruritu illam nequaquam comitante.

CAUSÆ PRÆDISPONENTES.

Habitu delicato praediti, ut mulieres et spadones, hujus morbi fere sunt immunes; homines temperamento melancholico, una cum rigiditate et debilitate quadam vasorum corporis extremorum, praediti, huic morbo maxime sunt obnoxii. In tali habitu, liquorum spirituosorum nimius usus, prava diaeta, venus immodica, animi pathemata

themata violenta, vigilatio, nimia animi applicatio, aggressioni morbi favent.

CAUSÆ EXCITANTES.

Prosper Alpinus caeterique medici hunc morbum ex cibi errore ducere originem credidere ; nimirum e piscibus lutulentis et salitis, quibus vescebantur, et aqua caenosa quam potabant; sed, si hoc omnino verum esset, cur non videmus huncce morbum in omnibus urbibus maritimis grassantem, quarum incolae, praecipue pauperiores, piscibus aluntur ? Multo verisimilius mihi videtur, contagionem specificam esse, quae debilitatem et actionem vasorum corporis extremorum depravatam inducit.

CONSILIA

CONSILIA MEDENDI

Duo sunt : Primo, rigiditati vasorum extremorum occurrere.

Secundo, actionem eorum excitare.

Ad primum, balneum tepidum et sulphuratum est referendum : Ad alterum mercurii praeparationes et acidum vitriolicum, variis modis usurpatum. Medicamenta interna sunt pil. Plumer. solutio mercurii sublimati, more Swieteniano, solutio tart. emet. decoctio lignorum, et cort. ulmi; jus viperinum, et fonticulos, cum successu se adhibuisse, testatur clariss. Home*. Oportet abstinere aeger Venere et Baccho, a falsis fumo-que induratis et pinguibus, et quotidie probe se exerceat.

C

HERPES.

* Vid. Clinical Experiments.

H E R P E S.

CHARACTER.

Phlyctænae vel ulcuscula plurima, gregalia, serpentina, dysepuleta.

Ineunte vere, ut plurimum, sine ulla jactura incipit morbus; maculae prurientes, nunc albae nunc rubrae, in aliqua corporis parte erumpunt, quae postea per totum fere corpus serpunt. Tandem hae inter se conjunctae speciem macularum latarum admodum rubrarum exhibent, e quibus saepissime fluidum serosum extillat. Maculae distinctae aequae ac aggregatae in squamulas furfurosas abeunt, cutem rubram relinquentes. His discedentibus, novae maculae, eundem cursum tenentes, et a nova serie excipiendae, erumpunt.

punt. Hoc modo morbus perstat, donec arte sanetur; aut sponte remittat, quod, ingruente hyeme, plerumque fit; ineunte autem vere, iterum erupturus. Raro hic morbus sine medicamentorum ope sublatus est, nihilo minus per totum fere vitae cursum durare potest, salva adhuc sanitate.

DIAGNOSIS.

Mulieres huic morbo sunt maxime obnoxiae, lepra fere sunt immunes. In herpete, maculae sunt plerumque rubrae et pruriunt, sensibilitate cutis manente. In lepra, maculae subflavae, subalbidae, vel subnigrae sunt, cum cutis insensibilitate, vicinis solummodo prurientibus. Herpes in squamulas furfurosas abit, quas alia macularum series exceptura est. Lepra in squamulas admodum latas abit; eas tamen nul-

lae

lae maculae excipiunt ; sed exudatio fit, et crustae, ut priores, discessurae, gignuntur. Herpes, ingruente hyeme, remittit, lepra nunquam, sed ad alia pejora stadia ruit.

Herpes saepe, veteribus ulceribus sanatis, symptomaticus apparet ; lepra nunquam : Herpes rarissime, si unquam, contagiosus est ; lepra semper. Herpes est merus cutis morbus, et per totum fere vitae cursum durare potest, sanitate integra manente. Lepra incipiens, cutem, sed progrediens, totum systema afficit, et saepe post quatuor vel quinque annos est lethalis. Herpes in regionibus frigidis ; lepra autem in calidis grassatur. E pfora distinguitur pustulis exiguis prurientibus, acri sero turgidis, lentis aut grani milii fere magnitudine, manus praecipue infestantibus ; a gutta rosea, per desquamationem hanc nequaquam comitantem.

CAUSÆ

CAUSÆ REMOTÆ.

Ægri hoc morbo vexati originem ejus præcipue causis debilitantibus tribuunt, imprimis, cibo parum nutrimenti præbenti, exercitationi neglectæ, humiditati. Hinc de medicina scribentes haud sine ratione causam remotam vasorum extremorum debilitati assignarunt. Huic opinioni favet remissio, quam, ingruente hyeme, morbus subiit, frigore vasa extrema corroborante, et medicamenta, quæ in hocce morbo maxime profunt, sunt stimulantia.

CAUSÆ EXCITANTES

Stimulantia præcipue sunt, ut plane constat in herpete collari Sauvagesii, qui uestimentorum ecclesiasticorum frictione
ori-

oritur, et in herpete periscele, qui poplitem, ubi periscelis vinciri solet, infestat.

CONSILIA MEDENDI

Duo sunt : Primo, statui cutis morboſo occurrere. Secundo, ne redeat, cavere.

Ad quorum prius, medicamenta externa; ad poſterius, interna, ſunt referenda. Quando autem morbus ſolum in una corporis parte, ſub ſpeciem macularum ſiccarum et parum confluentium apparet, ſolummodo neceſſarium erit mercurii praeparationes vel unguentum vitriolicum adhibere : Ut
℞ Axungiae porcin. ʒii. merc. praecip. rub. ʒii. m. pro unguento; vel axungiae ʒii. acidi vitriolici ʒii. m. Quin, cum morbus inveteraverit, et maculae latae inter ſe confluentes per totum corpus diffuſae ſint, et ex illis ſerum acre extillet, medicamenta interna et evacuantia adhiberi debent : Ut
fal.

fal. Glaub. fal. polychrest. aquae minerales purgantes, ut Harrowgate, Cheltenham, pil. Plumeri, solutio mercurii sublimati, ut merc. corros. sub gr. ii. fal. ammoniaci gr. xv. solve in aq. font. ℥viii. cap. 3℥s. 4ter in die. Julapium vitriolicum, R. acidi vitriolici 3i. aq. font. 3℥s. syr. simp. In tali casu, si solum medicamenta topica adhibita forent, in summo periculo versaretur aegrotus, non acri quodam in systema repulso, sed libramine circuitus mutato. Idem malum saepissime fit, cum vetera ulcera sanentur; vel fonticuli, aut alia solita evacuatio, sistatur. Cum maculae inflammatae sunt, solutio sacch. Saturn. feliciter saepe applicari potest*. Alia medicamenta, quae nonnullis laudantur, sunt oenanthe crocata, gallium aparine, nitrum, balneum calidum; hoc praecipue, quod vi stimulante gaudeat, et cutim e fordibus purget, uti aegrum oportet.

P S O R A.

* Amicus ingeniosus me certiore fecit, se in Nosocomio Dublinensi observasse oleum sinapi in herpete externe feliciter adhibitum.

P S O R A.

CHARACTER.

Pustulae et ulcuscula pruriginosa, contagiosa, manus male habens.

Hic morbus in digitis incipit pustulis exiguis, acri fero plenis, lentis aut grani milii fere magnitudine, quae scalpendo rumpuntur, et dein crustosae insigniter prurientes evadunt. Hic affectus a contagio sui generis oritur; et sordidis et montium incolis maxime familiaris est.

CONSILIA MEDENDI

Duo sunt: Materiam morbificam evacuare, aut effectibus obviam ire. Medicamenta interna sunt, flor. sulphuris, mistura vitriolica, ut in herpete praescripta.

Medicamenta externa, unguentum e sulphure pharm. Londinensis, unguenta e mercurio et ex acido vitriolico, ut in herpete; solutio sacchar. Saturni.

F I N I S.